

FACULTATIS JURIDICÆ,
 IN ALMA ET PERANTIQUA VNIVERSITATE
 ERFORDIENSI,
 DECANVS,
CONR. WILHELMVS
STRECKER, JCTVS,

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSI-
 LIARIVS REGIMINIS, PRÆFATÆ FACVLTATIS ASSESSOR SENIOR, CODICIS PRO-
 FESSOR PVBLICVS ORDINARIVS, CIVITATIS ERFORDIENSIS CONSVL
 PRIMARIVS, ET STNDICVS,

AD
 AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM
ad L. Quoties 15. C. de R. V.

ET
 DISSERTATIONEM INAVGVRALEM,
 DE

COLLEGIIS CIVICIS FRANCOFVR-
 TENSIBVS EORVMQVE OFFICIIS, JVRIBVS
 AC PRAEROGATIVIS,

A
 NOBILI ET CLARISSIMO DOMINO
CHRISTOPH. SIGISMVNDO MULLERO
 SVGENHEMIO - FRANCO
 IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI,
 AD DIEM XI. DECEMBRIS MDCC LI.
 HORIS CONSVETIS HABENDAS,

LECTOREM BENEVOLVM
 PERHVMANITER INVITAT.

E R F O R D I Æ,
 Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.

IN AEM ET PERANTIOVA UNIVERSITATE
FACULTATIS IURIDICAE
DECANVS
CONR. WILHELMVS
STRECKER, JCTVS
EMMENTHME AC CELEBRM FRONCHS ELECTVS MOBVTINI COME
LARIVS PROPRIETVS FACULTATIS AEMEROR SENIOR, COOCHS ELS
PACOR SVBILVS ORDINARIVS CIVITATIS BRORDIENSIS CONSVL
VIMARIVS ET FIDELIVS
AD PRAESIDIUM
AVDIBNDAM ELECTIOMEM CVRSORIAM
ad d. 1. Martij 1848 N.
DISSELTATIONEM INVAGVALIEM
DE
COLLEGIIS CIVICIS FRANCOFVR.
TENSVBVS FORVMOVIS OFFICII IVRIBVS
AC PRAELOCATIVS
MORITVS ET SVBIVS DONTINO
CHRISTOPH SICHMANNDO MULLERO
IN AVDITORE IOCTOIAM MAIORI
AD DIEM 21 FEBRUARII 1848
HONOR COSEPTVS HANNOVER
LECTOREM BENEVOIAM
VERVMANITATE INSTAT
E R F O R T A
Typ JOH. CHRISTOPH HERINGII Acad. Typogr.





Ad jus proprietatis reale acquirendum cum primis
prærequiruntur titulus, siue legitima causa ad il-
lud jus transferendum habilis *L. 31. ff. de A. R. D.*,
acceptatio illius, qui jus proprietatis ex alterius volun-
tate acquirere cupit, *L. 2. §. 6. ff. de donat.* & denique
traditio, si res, cujus proprietatem quis desiderat, sit al-
terius, vel saltem apprehensio, si res sit nullius. Missis
duobus primis requisitis, de ultimo solum agere lubet.
Jus igitur proprietatis in re requirit traditionem vel
apprehensionem veram vel fictam; Possessionem enim
acquirendam si consideremus, illa aliter, quam animo
simul & corpore acquiri nequit *L. 3. §. 1. ff. de A. vel A.*
P. quia solus possidendi animus sine apprehensione ni-
hil operatur, cum actus internus in ordine ad com-
mercium humanum, quod in jure proprietatis princi-
paliter attenditur, in aestimatione morali non conside-
retur, sed obtinet brocardicon: verbum in mente re-
tentum nihil operatur ad extra, nihil ad jus propieta-
tis conducit. *LESSIVS de F. & F. lib. 2. C. 18. dub. 5.*
De Servitute pariter res liquida esse videtur, utpote
quæ

quæ ad sui acquisitionem exigit unius usum & alterius patientiam, vicem traditionis obtinentem *L. 11. §. 1. ff. de Public. in rem act.* Pignus quidem nuda conventionne constituitur, *L. 1. pr. ff. de pignorat. act. L. 4. ff. de pignor.* Sed hoc speciale est; traditio enim in hoc, legis provisione, suppletur, vel ut debitores citius securos reddere possint creditores, vel ut debitoribus res suas oppignorantibus, ob carentiam possessionis, per traditionem in alium transferendæ, eò minus præjudicetur. De Dominio, quod illud in alterum, seclusâ traditione, non transeat, extant textus clarissimi in *L. 20. C. de pact. L. 15. C. de R. V.* Originem enim habet à possessione *L. 1. §. 1. de A. vel A. P.* nec sine possessione comparatur *arg. L. 12. C. de probat.* adedque solis pactioibus, quod GROTIUS de *J. P. & P. lib. 2. C. 8. §. 24.* & PVFFENDORF de *J. N. & G. lib. 4. C. 9. §. 6.* sine solido opinionum suarum fundamento defendere allaborant, Dominia regulariter non transferuntur. Dico regulariter, excipe hæreditatem in hæredem necessarium, sive suum, devolutam, & Legatum Speciei purum: illa à momento demortui patris citra factum hominis in hæredem suum defertur & rerum paternarum dominium acquirit, *L. 37. ff. de A. vel O. H.* ita tamen, ut hodie ex benignitate Prætoris habeat licentiam ab hæreditate, juris autoritate jam delata, se abstinendi. *§. 2. l. de hæred. qualit. & different.* Illud sive pium, sive profanum statim debetur, & rei vindicatione petitur à tempore mortis testatoris, diciturque tunc dies cedere & venire, licet legatum nondum sit agnitum, quamobrem etiam ad hæredem legatarii transmittitur *L. 30. ff. de Legat. 2. L. 5. §. 1. ff. quand. diès legat. vel fideicomiss.* Excipe ulterius Ecclesiâs, monasteria & alia pia

pia loca; quibus non solum res per modum ultimæ voluntatis relictae, sed etiam donatae, venditæ, vel quolibet actu inter vivos destinatae, citra traditionem acquiruntur *L. 23. pr. §. 1. C. de SS. Eccles.* Id quod verum est, si piis locis aliquid donetur, vendatur aut alio ad transferendum dominium titulo habili destinetur, neutiquam vero, saltem juxta probabiliorem, si sacrosanctæ Ecclesiæ, monasteria masculorum vel Virginum, & orphanotrophia, aliquid vendant vel alienent, vel etiam personæ Ecclesiasticæ, & hæc quidem sive vendant sive emant, locum habet. *COTHMANN. Vol. 1. Conf. 30. n. 205.* per plures ibi citatos. Excipe itidem si Princeps uni prius Prædium vel aliam rem quamcunque ob benè merita promiserit, eandem postmodum alteri donat, & tradi permittit, concessio primo facta, non obstante traditione, posteriori prævalet, *L. 5. C. de locat. præd. Civil.* Princeps enim, ob negotiorum multitudinem, priorem concessionem oblivioni tradidisse, vel importunitate impetrantis præsumitur circumventus: nam in Principe, tanquam fonte justitiæ, constans debet esse voluntas, unum debet habere calamum, & unam linguam: scriptum est enim, quæ processerunt de labiis meis, non faciam irrita, unde princeps sit immobilis, sicut lapis angularis & polus in cælo, in terris Lex sit, & per consequens justitia animata, exulet omnis fraus & circumventio à Principe, recta præfulgeat fides *L. inter Claras. C. de summ. Trinit. §. fid. Carb.* Nec obstat *L. 15. C. de R. V.* quia illa non obtinet in Principe, in quo specialiter receptum est, ut rei donatæ vel venditæ dominium absque ulla traditione in donatarium vel emptorem transeat, nec attendatur, an secundo donatario vel emptori traditio facta sit, nec ne. Alioquin

inter privatos modò dicta *L. 15.* in praxi passim observatur, ita ut, cui prius res vendita vel donata est tradita, potior sit, quam ille, cui primo vendita vel donata, sed nondum tradita, modo donatarius vel emtor posterior possessionem non vitiosam, non fraudulenter præceptam, non litigiosam, non violentam, aut turbidam fuerit nactus. vid. MEY. *P. 6. decis. 153.* Quam materiam occasione memoratæ *L. 15. C. de R. V. lesionis* cursoriæ loco publice ex Cathedra fufius illustrabit:

NOBILIS ET CLARISSIMVS
DOMINVS
CHRISTOPH. SIGISMVNDVS
MÜLLERVS,

honestissimis Parentibus Patre CONRADO MÜLLERO, illustris Franconici Equestris Ordinis, Pagi ad Almonum dicti, tum temporis militaris transitus Commissario vigilantissimo, Matre ROSINA ELISABETHA, nata *Lenneria*, Mühlrop. Varischorum oriunda, die XXIV. Mensis Octobris anno restauratæ salutis M DCC XI. in lucem editus est. Optimi hi Parentes non solum in filium ritè educandum sollicitam collocârunt operam, sed etiam eum genuinis bonarum literarum fundamentis imbuendum curârunt. Quare eundem vix annos VII. excedentem Lycæo Schleizæ Varischorum sat celebri crediderunt, ubi sub auspiciis doctissimorum Præceptorum, prima latinæ linguæ ac studiorum humaniorum fundamenta, non omisis iis, quæ ad Pietatis studium ducunt, feliciter hausit, talesque in studiis
fecit

EX

fecit progressus, ut dignus fuerit iudicatus, qui altioribus studiis Academicis consecraretur. Elegit propterea sibi inclytam Universitatem Jenensem, ubi anno M DCC XXX. in numerum Civium Academicorum relatus præstantissimos studiorum Promotores, BECKIVM, BRVNQVELLIVM, DITTMARVM, MOTERVm, STENGERVM, STRUVIVM celeberrimos juris sacerdotes nactus est, quorum omnium doctrinam in tradendis iurium principiis egregiè deprædicat. Transacto ibidem ferè triennio SCHLEIZAM reversus est, ubi sub fidelissima & plus quàm paterna manu ductione Proavunculi ERNESTI ANTONII ANDREÆ Jurisconsulti celeberrimi, praxi operam dedit. Hoc verò, quod dolet, nimis maturè lucis usuræ erepto, Francofurtum ad Moenum, ut choro Musico divino inservienti cultui interesset, & sonoræ vocis suavitate adornaret, fuit vocatus, huic vocationi eo libentius se obtemperasse profitetur, quò magis omne fere tempus studiis ibidem tribuendi occasionem nactus. Quo factum, ut anno M DCC XXXIX. Collegium civicum, quod vocatur, Novemvirale, eundem in Exceptorem elegerit, posteaque causas in foro peroraverit. Nunc ad honores Academicos aspirans, nos accessit, petens ab Ordine nostro, ut janua ad scopum hunc legitimè perveniendi sibi aperiretur. Annuimus honestæ ejus petitioni, & communicavimus ipsi textus ex jure Canonico & Civili elaborandos, præfinito simul ad examen consuetum rigorosum termino, in quo comparuit, & in communicatis textibus elaborandis, & in ipso examine, talem se præstitit, ut unanimi consensu, qui ad altiora specimina & ad ipsum gradum Licentiaturæ admittatur, dignus fuerit iudicatus. Proinde proximo die Sabbathi,
qui

qui erit XI. Decembris, horis consuetis lectionem, cur-
foriam ad *L. 15. C. de R. V.* eaque finita disputationem
inauguralem

DE

**COLLEGIIS CIVICIS FRANCO-
FVRTENSIBVS, EORVMQVE OFFICIIS,
IVRIBVS ET PRÆROGATIVIS**

habebit. Ad quos Actus solennes Magnificus Domi-
nus Universitatis Rector, reliquique Proceres & Cives
Academici, ea, qua par est, observantia invitantur.
Publ. sub Sigillo Facultatis Jurid. Domin. 2. Advent.
die 5. Decembr. MDCCLI.



Erfurt, Diss., 1748-51

X 238 7035

ULB Halle


3


006 771 165



VD 78







178.

1751.11

38

FACULTATIS JURIDICÆ,
IN ALMA ET PERANTIOVA UNIVERSITATE
ERFORDIENSI,

DECANVS,
CONR. WILHELMVS
STRECKER, JCTVS,

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSI-
LIARIVS REGIMINIS, PRÆFATÆ FACVLTATIS ASSESSOR SENIOR, CODICIS PRO-
FESSOR PVBLICVS ORDINARIVS, CIVITATIS ERFORDIENSIS CONSVL
PRIMARIVS, ET STNDICVS,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM
ad L. Quoties 15. C. de R. V.

ET
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM,
DE
COLLEGIIS CIVICIS FRANCOFVR-
TENSIBVS EORVMQVE OFFICIIS, JURIBVS
AC PRAEROGATIVIS,

A
NOBILI ET CLARISSIMO DOMINO
CHRISTOPH. SIGISMVNDO MULLERO
SVGENHEMIO - FRANCO

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI,
AD DIEM XI. DECEMBRIS MDCCLI.
HORIS CONSVETIS HABENDAS,

LECTOREM BENEVOLVM
PERHVMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,
Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.

